



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De sacerdote, qui per diabolum à circulo extractus & confractus, tertio die  
mortuus est cap. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

CAESARIVS: Cumque rursum diabolus nescio quid postulareret, & ille dare renueret, quasi eum rapere vellet & extrahere, manum contra eum extendit, atque in tantum terruit, vt retrorsum cadens clamaret. Audita eius voce, Philippus accurrit, in cuius aduentu fantasma mox disparuit. Ab illa hora miles idem semper pallidus fuit, natiuum colorem nunquam recuperavit, emendatius viuens, & damones esse credens. Non est diu quod defunctus est.

## CAPVT III.

**E** Odē tēpore sacerdos quidā stolidus eundē Philippum rogauit, atque remunerauit, vt sibi damones ostēderet. A quo cū fuisset, modo supra dicto, in circulo positus & instructus, a diabolo territus & extractus est, atque ita, antequā adueniret Philippus, cōfractus, vt tertia die moreretur, cuius domū Walramus de Lutzelinburg confiscauit. Ego eundē Philippū vidi, qui āte paucos annos, procurāte, vt creditur, magistro & amico suo diabolo, occisus est.

## CAPVT IV.

**R**etulit mihi bonæ memoriæ monachus noster Godeschalvus de Volm unsteine, quod filere non debeo. Cū die quadam rogaret prædictum Philippum, vt aliqua sibi recitaret de arte sua mirabilia. Respondit ille: Dicam vobis rem facis mirabilem, temporibus meis apud Tolerum veraciter gestam. Cū plures ex diuersis regionibus scholares in eadem ciuitate studerent in arte necromantica, iuuenes aliqui de Svvevia & Baioaria stupenda quadam & incredibilia a magistro suo audientes, & vtrumnam vera essent probare volentes, dixerunt illi: Magister, volumus vt ea quæ doces, oculo tenus ostendas, quatenus aliquem ex studio nostro fructum capiamus. Quos cū auerteret, & non acquiesceret, quod natio illa gens sit mirabilis, hora idonea in capum illos duxit, gladio circa illos circulum fecit, inens sub interminatione mortis, vt infra circulum se cōhiberēt, & ne aliquid rogātib. darēt, vel ab offerētibus reciperent præcepit. Secedēs ab eis paululū,

demon-